UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Agentibus in rebus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

1 officiorum. ¶ In tex. qui prior in adiutoribus. ¶ † Not. hic qđ
ille, qui erat ſcriniarius, ſi fuit electus coadiutor ſcriniariorũ, po
teſt ambobꝰ iſtis officijs fungi. Et ſic eſt optimũ argu. qđ capita
neus poſſit ſimul ⁊ ſemel deputare alium ad officium iudicis ma-
leficiorum, ⁊ ad officium notariatus. Nec ob. quod quis non po-
teſt fungi, duplici officio, vt ſ. eo. l. hac parte. quia hoc eſt verum,
cum officia ſint protinus diuerſa, ſecus quando officia non erãt
diuerſa, ſed circa idem tendebant. Pro quo vide quod dixi ſ. de
ſacr. ſanc. eccle. l. iubemus. §. ſane. ⁊ hoc fuit hic de mente gl. ſuper
3 verſ. meruit. ¶ † Et ſic facit, quod ſi iudex, qui erat tabellio[a], ſcri-
a pſit omnia acta coram ſe facta, quod ex ipſis pronunciare poteſt,
⁊ ſententia lata valet, nec impeditur hic fungi duplici officio, qꝛ
circa idem tendunt. Pro quo facit ĩ. qui mi. non poſ. l. his quidẽ.
4 ⁊ extra de conſue. c. ij. de preben. c. cum ſingula. libr. vj. ¶ † Alti-
mo no. quod ſubrogatus in locum alterius, ſuccedit in ordinem,
b quem tenebat ille, in cuius locum ſubrogatio facta eſt.[b]

ADDITIONES.

a ¶ Iudex qui erat tabellio. vide gl. ⁊ Sal. in l. iubemꝰ. §. his quo-
que. ſ. de ſac. ſanct. eccle. Alb. de Roſa. in l. ⁊ ſi cum. ff. de euict.
b ALEX. ¶ Uide que dixi ſ. de iur. fiſci. l. ij. iuxta fi. Adde etiam
quod no. bar. in l. iubemus. §. ſane. el. j. de ſac. ſanct. eccle. in ver. ve
nio ad tertiã partem. quod no. Bar. in l. ex ſentẽtia. ff. de teſt. tut.
vbi dicit an notarius poſſit eſſe rogatus de cõmiſſione ſibi facta
a iudice ⁊ adde q̃ dixit Bar. in ſua diſputatione, iudex maleficio
rum. Sed an qũ poteſt eſſe iudex ⁊ notarius, debeat habere ſala-
rium duplicatũ, vide do. Paul. de Caſt. in l. qui duobus. de cõdi. ⁊
demon. ⁊ ibi vide Bal. dicentẽ de collaterali exercente ſuũ officiũ
⁊ officiũ alterius, an debeat habere ſalariũ duplicatũ, ⁊ Bal. in j.
conſtit. ſ. in §. ratioq;. ⁊ vide qđ not. Ang. de duobus officijs vni
tis, an debeat vnũ ſalariũ, in aut. vt determi. ſit nu. cleri. ⁊ in aut. vt
indi. ſine quo. ſuffr. an quis poſſit officio pluriũ fungi, vide Iaco.
de bel. in d. §. ideoq;. per bar. in l. ij. de ſtip. ſeruorũ. ⁊ in l. ſi. de col-
legijs illici. ver. quero, an quis poſſit in duobus, vbi ponit, an qs
poſſit eſſe de diuerſis collegijs. de quo. ſ. de colleg. catho. lib. xj. ⁊
de materia in c. quod ꝓpter. de ele. per Inn. ⁊ bal. in auth. niſi. bre
uiores. ſ. de ſent. Bal. poſt Iac. de Aret. in d. l. qui duobꝰ. ꝑ illum
tex. ⁊ in l. binos. ſ. de aduo. diuer. iud. ⁊ in l. ſi ad ſcribatũ. ſ. de ap-
pel. ⁊ Ioã. And. in c. cũ olim. de re iudi. ⁊ text. in l. duorũ. de oper.
pub. An gerẽs officiũ alterius, vel ſubrogatus, gaudeat eiſdem
priuilegijs, quibus ille qui eum ſubrogauit, ⁊ quã poteſtatẽ ha-
beat vide Bartol. in l. filius. ff. de leg. ⁊ in l. j. §. hi quibus. de leg. iij.

LEX XIIII.

Hac lege. Adiutores cũ conueniuntur ſine ſcri-
ptis, eorum nomen voce ſola ſufficiat
demonſtrari, alias in ſcriptis tam in actis, quam in ſen-
tenti ademonſtrandum eſt. Item ſi adiutores commeatu accepto
ſe abſentauerint, durante abſentie tempore integrum debent ha-
bere ſalarium, ſicut ſi preſentes eſſent. Item nullus in locum vo-
cantis coadiutoris debet inſtitui, quouſque plenus eſt numerꝰ,
1 per l. ſtatutus. h. d. ¶ Item tex. ibi, deſignatũ. ¶ † Nota cũ agi-
tur contra aliquem ſine ſcriptis, nudo verbo, nomen eius ſufficit
deſignari. alias in ſcriptis deſignandum eſt. pro quo facit l. libel-
lorum. ſ. de accuſat. ⁊ inſcript. In text. ibi, aut emolumentorum.
2 ¶ † Not. quod ſi ciuitas Peruſij conceſſit alicui ſuo ſtipẽdiario
licentiam, vt iret in Alemaniã, vel vt iret ad bellandum, ⁊ ſtaret
abſens certo tempore, quod toto illo tempore, debet habere ſti-
pendium, ſicut ſi principaliter ſeruiret, ⁊ eo modo ſi concederetur
a licentia poteſtati, vel capitaneo, vt hic[a]. ¶ Et hoc inducit glo. in
3 arg. ad queſtionem de clerico, qui toto tempore abſentie debet
habere prebendam, ſi fuit abſens de licentia Pape.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde Bal. in l. ſi ea. de cond. inſer. ⁊ gloſ. in l. deſerto
rem. §. ſi ad diem. ff. de re mili. Roma. in litera S. nota xxx. Alex.

LEX XV.

Certe. Primo facit mentionem de lege circa adiu-
tores. Statuta, que diſponebant, quod nul-
lus de numero adiutorũ, qui nunc ſunt, diminui debeat,
licet ſint vltra numerum, vt ſ. eodem. l. cõperimus. nec eſſet alius
ſubrogandus, niſi adiutor ſubrogari petens ad latrunculenſe of-
ficium, vel ad locum ſecundorum ſcriniariorũ cõuolauerit. ¶ Se
cundo dicit quod ſubrogatus tenebit locum vltimi adiutoris, ſi
adiutor cui fuit ſubrogatus, erat ſimiliter vltimus, non obſtãte.
quod talis ſubrogatꝰ. erat de primo numero ſcriniariorũ. ¶ Ter
tio facit mentionem de quadã pragmatica ſanctione per quã erat
prouiſum vt nõ ſolũ in caſibus predictis vbi adiutor vocabatur
ad latrũculenſe officiũ, vel ad officium ſecundorũ ſcriniariorum,
ſed etiã vbi per caſum fortuitũ expediebatur ſeruire, in ſui locũ
poterat ſubrogare alium. ¶ Quarto corrigit hãc pragmaticam
ſanctionem ſtatuẽs, qđ in predictis duobus caſibus tantũ adiu-
tor poſſit petere aliũ in ſuo loco ſubrogari. Quinto mãdat, quod
xij. tantum adiutores ſint in ſcrinio ſacre memorie, id eſt, regiſtri,
ſeptem vero in alijs duobus ſcrinijs libellorũ, ⁊ epiſtolarũ. ¶ Ul
1 timo † qđ nullus vltra numerũ poſſit addi, confirmãdo certa capi
tula. h. d. vſque in finẽ. In tex. ibi, circa fin. ibi, ſi mutatione. eſt op
timum argumen. qđ ſi, ſtatutum dicit, quod per nullũ caſum for-
tuitũ poſſint priores mutari, quod vigore eiuſdem ſtatuti, intelli
gitur prohibitum, ne poſſit numerus priorum augeri. Nam ex
quo prohibita eſt mutatio multo magis prohibita eſt additio.

De agentibus in rebus. Rubr. XX.

1 ¶ Ad euidentiam † premitte, quod agentes in rebus ſunt illi, de
quibus fit mentio per gl. ĩ. de curioſis. l. ij. Prepoſiti agentiũ, de
quibus ſit mentio ĩ. tit. proxi. ſunt illi, qui preſunt dictis agenti-
bus, ⁊ Principes agentium, de quibus ſit mentio ĩ. tit. ij. ſunt illi
qui palmam laborum emeriti per lapſum xxv. annor. per princi-
pem poſtea quieti traditi ſunt, vt ĩ. tit. ij. l. j. ⁊ iiij.

LEX I.

Nullus. Nullus de numero agẽtiũ in rebus in
locum mortui per pecuniã poteſt eua
dere, ſed in locum eius, debet ille ſuccedere, qui in gra
du poſt eum, erat proximus, ⁊ dignus labore. h. d.

LEX II.

Nulli. Agẽs in rebus, deponẽdus, vel eximẽdus de
libro agentiũ, non eſt per aliquem iudicem, ad
cuius officium nõ ſpectat cognitio contra eundem. h. d.

LEX III.

Matriculam. Matricula agẽtium in rebus
non debet eſſe, niſi xlviij. quorũ
quilibet preeſt ducentis. Circitores debent eſſe trecẽti, ⁊
equites quadringẽti quinquaginta. ¶ Item ſi quis de numero
ducentorum deceſſerit, heres eius ex teſtamento vel ab inteſtato
totum ſalarium percipit, ⁊ per hoc nullus alius in locum eius ſu
brogandus eſt per illud tẽpus, quo defuncti officium durare de-
bet, ne duobus ſalarijs reſpublica fatigetur. Item nullus, qui nõ
eſt ſcriptus in matricula predictorum regiſtrata in memorialib.
Principis ſalarium vel premiũ habebit h. d. In tex. ibi, eius fru
1 ctum ſucceſſores. † Nota qđ officiali decedente, ſucceſſor eius dꝫ
habere ſalarium totius tẽporis, vt hic, ⁊ ſ. de dome. l. ſi. In text.
2 ibi, qua cauſa. † Nota diligẽter, qđ vbicunq; heres officialis mor
tui, debet habere ſalarium totius temporis, nũquam in locũ offi-
cialis mortui debet alius ſubrogari, ne reſpublica duobus ſala
3 rijs fatigetur. In tex. ibi, diuali probatoria. ¶ † No. iſtũ tex. per
quem patet, qđ ad probãdum quem eſſe officialẽ communis, ꝓba
tur per matriculam regiſtri, in qua regiſtrata ſunt omnia nomi-
4 na officialiũ. ¶ Secũdo not. † hic caſum expreſſum, qđ ſi officia-
lis nõ reperitur in originali regiſtro, vbi regiſtrãtur omnia nomi
na officialium, quod non debet habere ſalarium, nec potitur pri
uilegio. Tex. eſt expreſſus in cõtrarium in l. ſcriniarios. ſ. de teſt.
mil. vbi patet, quod notarius militum, licet ſit in matricula, non
tamen ex hoc dicitur miles, ⁊ idem voluit. Io. And. in tit. de inſtr.
edi. §. reſtat. verſi. ⁊ ſcias. vbi dixit, quod quis non probatur ta-
bellio eo ipſo, quod ſit deſcriptus in matricula notariorum.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Et idem dicit Bal. in l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de
arbi. nec ſcholaris, qui nõ intrat, quãuis ſit in matricula, niſi ſit
profectꝰ, qui ſtudet in camera, nõ gaudet ꝑuilegio ſcholariũ. Fa
teor tñ, qđ matricula conſtituit eũ in quaſi poſſeſſione, ⁊ facit pre
ſumptionem, qđ ſit de tali arte, ⁊ officio, que reijcit onus probãdi
in aduerſariũ, argumẽ. l. circa. de ꝓba. ⁊ ita dixit bal. in d. l. ſcrinia-
rios. Et qđ in dubio preſumatur pro matricula. eſt text. ⁊ no. Bar.
in l. petitionẽ. ſ. de aduoca. diuer. iud. ⁊ ibi bal. ⁊ Bal. i l. iij. de ſent.
tit. generali. Facit l. eos. de offic. magiſt. mil. ⁊ idẽ bal. i l. barbariꝰ.
per l. ex eo. de teſt. mili. faciunt not. per eũ in l. ignorat. ſ. de accuſa.
Roma. in l. illa. de verb. obl. Et iura in contrariũ allegata dicũt,
quod matricula non facit aliquẽ notariũ, ſed bene facit preſumi,
vt predixi per predicta. argum. eius qđ dicitur, de confeſſione ex-
traiudiciali, que nõ inducit obligationem, ſed probationẽ, vt in l.
publia. ff. depoſi. Uide ad ꝑdicta dom. Anto. in tit. de inſtru. vbi
diſtinguit, an fiat matricula de his, q fuerũt facti notarij, aut de
his qui ſiũt, vt primo caſu preſumatur notarius, ſcđo probet eũ
notarium, ⁊ quãto tẽpore perdatur ius matricule, tu vide i d. l. ex
eo. ⁊ in auth. habita. ꝑ bal. in tex. i l. ſi. de aduoca. diuer. iudi. ⁊ bar.
in l. per hãc. eo. tit. de quo per Angel. in cõſ. vniuerſitatis noſtre

ſtatutum vbi dicit,qđ ſcholaris abſentia facit perdere ius matri
cule.ſ.de primice,⁊ in l.iij.de domeſt.⁊ protect. Si tamen redit ⁊
velit matriculari,nō debet iterum ſoluere.alleg.l.penul.ſ.de con
ſul.⁊ idē Bal.⁊ Paul. de Caſtr.in l.filio quem pater. ff. de libe.⁊
poſt.⁊ vide etiam que in materia not.bar.in l.natui aliū.§.ipſuz.
de acquir.rerum domi. Item adde, qđ ſi quis iniuſte fuit cancel
latus de matricula,an perdat priuilegium? Vide per Bal.in d.l.
ſcriniarios.⁊ Ioā.And.in loco preallega. Item, quod ſi quis eſt
cancellatus de matricula,qꝛ vult tranſire ad aliū ordinem ſchola
rium,ſeu de vno capitaneo ad alium,an iterū gaudeat priuilegio
militum,ſeu ſcholarium? dicas quod ſic,per tex.in l.j.in fin.de bo
no.poſſeſ.ex teſta.mili. Sed ille,qui non eſt deſcriptus in matri
cula,non gaudet priuilegio,vt in l.ex eo.⁊ not.in d.l.eos.

LEX IIII.

Nexeo. Nullus de numero centenariorum, vel ducen
tenariorum in rebus agentium, moram con
trahens in ciuitate Conſtantinopolitana conueniri po
teſt coram alio,quā coram officiorum magiſtro in cauſa ciuili,vel
criminali,quo priuilegio non vtitur, ſi extra illam ciuitatem de
1 gat,vel depoſito officio, hoc dicit. ¶ †No. ex principio huius l.
quod ſi ſtatutum ſimpliciter dicit,quod ſcholaris non poſſit pul
ſari coram alio iudice,quam coram Rectore, intelligitur non ſo
a lum in cauſa ciuili,ſed etiam in criminali. [a] Nam ſi pro ciuili non
poteſt coram alio,multo fortius pro criminali. ¶ Ultimo no.ex
ſi.quod ſi ſtatutū dicit, quod ſcholaris non pulſetur coram alio,
2 quam coram Rectore intelligitur †donec eſt in illa ciuitate , in
qua degit ratione ſtudij. Sed ſi extra ciuitatem degat, poterit
coram iudice ordinario conueniri per hanc literam.

ADDITIO.

a ¶ In cauſa criminali. Adde iſtum ⁊ poſt eum Iacob. Rebuf.in
l.ſi vacantia ⁊ ibi Ant.verſic.ex his apparet.ſ.de bon.vacan.lib.
x.dixi poſt Colle. capitu.qđ clericis.nume. iij. extra de foro cōpe.

De præpoſitis agentium in rebus. Rubr. XXI.

☞ Agentes. Prepoſiti agentium in reb. ſunt
per ordinem faciendi de anno in
annum,ad quod officium negotiatores,⁊ procurato
res alienarum poſſeſſionū,non poſſunt aſſumi, ſed il
li ſolum,quos laboris vt ſufficientes probat teſtimo
nium. Item Primicerij,⁊ Tertiocerij ſcriniariorum ad hoc aſſu
mendi non ſunt,qꝛ duob.officijs deſeruire nō poſſunt,⁊ ſi tale of
ficium ſuſceperint,nō poſſunt habere Primiceriatus ſalarium,⁊
ſi tale officium morbo,etate,vel imperitia,vel alia cauſa adimple
re non poteſt, poteſt ſeruire per ſubſtitutū eiuſdem ſcrinij,char
tularium moribus optimis preditum ſcientia,⁊ peritia eruditū,
⁊ ſuo periculo , ſi tamen ſeruire volens multos ob rem publicam
1 ſuſtinuit labores.h.d. In text.ibi,preter emolumenta. ¶ †Not.
quod quando quis aſſumit duo officia, ⁊ non poteſt habere, niſi
2 vnum,non poteſt habere ſalariū,niſi primi officij tantū. ¶ †Se
cundo not.ex hoc tex.quod duo officia, quis ſimul ſubire non po
teſt,vt hic,⁊ ſ.tit.ij.l.hac parte.⁊ ff.de adopt. l.ſi conſul. ⁊ hoc eſt
verum,quando ſunt incompatibilia vel vtrīq; quis deſeruire nō
poteſt: ſecus ſi adinuicem ſe cōpatiantur,vel deſeruire poteſt vtri
a que vt dixi ſ.tit.ij.l.comperimus. [a] In tex. ibi , per ſubſtitutum.
3 ¶ †Not.quem deſeruire per ſubſtitutum quod eſt verum , niſi
b ad officium requiratur induſtria perſone. [b] Concord. de epiſc.⁊
cleric.l.quiſquis.⁊ l.ad ſimilitudinem de adminiſt.tuto.l. decreto.
ff.ad municip.l.quid ergo.ſ.de peri.nomi.l.fin.cū ſimi.hic alleg.in
gloſ. ¶ Quod eſt verum,quando volens per ſubſtitutum ſeruire
4 multum in alijs laborauit, per hanc literam, quod no. ¶ † Item
not. quod volens ſeruire per ſubſtitutum , ſemper debet ſeruire
per hominem eiuſdem conditionis,vt hic.dum dicit,chartulariū
eiuſdem ſcrinij, ⁊c. Si ergo doctor vult ſeruire per ſubſtitutum
debet ſeruire per doctorem non per ſcholarem, licet ſufficientem.
¶ Item ſi miles vult ſeruire per ſubſtitutum , debet ſeruire per
alium militem non per domicellum.⁊ ſemper ſubſtitutus debet
eſſe moribus preditus ⁊ ſciētia, ⁊ peritia eruditus. Doctor,qui
vult ſeruire p ſubſtitutū dꝫ ſeruire p doctorē moribus,⁊ ſcientia
c idoneum,nō autem per ſcholarem quantumcunq; ſufficientem.[c]

ADDITIONES.

☞ Pro ſaluando Bart.in hac l.j.vide concordiam poſitam ad l.
iubemus.j.de erro.mili.anno.
a ALEX. ¶ De hac q.dixi ſ.⁊ adde Petr. de Ancha. in rub.ex
tra de offic.delega.vbi queritur vtrum deputatus ad vnum offi
cium pro certo tēpore, intra illud poſſit ad aliud eligi ⁊ cōcludūt
in effectu,quod nō poſito qđ ſtatutum diceret, qđ electus ad cer
tum officiū ad certum tēpus intra illud eligi non poſſit ad aliud
quod referūt ſcribētes in l.iiij.in princip.de iur.om.iud.qđ intel
lige verū,ſi eligitur ad aliud officium incōpaſſibile,vt hic videtur
ſentire bar.ſecus ſi eſſet tale officiū quod aliud non impediret,vt
puta,quia electus eſſet ad ſcribendum per ſcripturam,non vide
tur impediri aliud officium exercere.ita no. Rom.in no.ccxxv. in
l.duorum.de oper.liber.facit c.ſuſcepimus.de here.
b ¶ Perſona. Adde Feli.in cap.fin.de offic.dele.⁊ an ⁊ quando vi
deatur electa induſtria perſone , vide per eum in ca.licet ex quá
dam.verſi.⁊ ratio predictorum eſt.de teſt.⁊ nūquid vbi eſt electa
induſtria perſone quis per filium ſeruire poſſit , vide per eum in
capitul.afferte.de preſumptio.
c ALEX. ¶ Sed quid in iudice,qui vult ſe abſentare,⁊ dic qđ idē
Angel.in auth.de adminiſtr.per gl.ibi voluit Bal.in l.parabola
ni.de epiſ.⁊ cleri.dixit,qđ debet eſſe talis ſubſtitutus,qui ad illud
officium poſſit eligi. Et ſic ſm eū poteſtas ciuitatis nō poteſt eli
gere ciuem in ſubſtitutū , vel locū tenētem,qꝛ ciuis nō poſſet eſſe
poteſtas ex forma ſtatuti.faciūt not.per bar.in l.nemo eſt.de duo
bus reis,⁊ per Bal.in l.j.§.ne autē.de caduc.tollē. Sed immo vi
detur dicendum,qđ non poſſet ſeruire per ſubſtitutū,eo qꝛ vide
tur electa induſtria perſone,per Bal.in c.j.§.multū. in col.x.epi
ſcopū vel abba.vbi dixit quod aliquid dꝫ fieri princ.ſemper vide
tur electa induſtria pſone,nec poteſt ſeruire per ſubſtitutū,facit
text.v.q.iij.capit.in criminali,vbi dicitur,qđ quādo diceretur, ꝙ
actus fieret per manus proprias,vel per ſe,nō poteſt fieri per ſub
ſtitutum,dicto §.ne autem.verſi.in omnibus.gl.eſt ſing.in clemē.
de vit.⁊ honeſt.cleric.quā alleg.domin.Card.in clemen.j.de iure
iur.facit qđ no. Bal.in cap.j.§.furtū. de pace iuramen.firman.⁊
Dominicus in cap.ſi quis viduā.in eodem tit. Et ideo Bar.in l.
per hanc.de erog.mili.ann.dicit qđ ſi dicatur,quod annona ma
nu propria capiatur p ſtipēdiarios,nō poteſt quis capere ſtipen
dium ſuū per ſubſtitutū.bene facit tex.in l.pbatorias.ibi manu
principis.ſ.de diuer.offic.⁊ ibi Bar. etiā de eo,qui alienauit mu
tandi iudicij in potētiorē,non ratione officij,qꝛ tunc tantum per
ſe litigare,non autē poterit per ſubſtitutū.text.eſt in l. ſi miles.ff.
de alie.iud.mu.cau.fa. Sed hic,in omnibus reſponde, qđ per alia
verba loquūtur,quā in caſu de quo hic per Bar.vel poteſt clara
dari reſponſio,prout apparet ex verbis bal.in d.l.parabolani. Et
in materia etiā adde qđ not.bar.in l.ij.de cōdi.in publi. horreis.
⁊ bon.text.⁊ ibi bar.in l.ſi nullus.ſ.de decur.⁊ l.neminem.eo. tit.⁊
in d.c.extirpāde.in §.qꝛ vero.in verſi.⁊ faciunt iſta,⁊c. Et adde ꝙ
in caſibus , in quibus dicitur propter electionē induſtrie pſone,
actum nō poſſe fieri per ſubſtitutū,videtur pcedere, niſi ſuperue
niat aliqua dignitas principalis qꝛ tunc poſſet per ſubſtitutum.
caſus in l.quiſquis.de epiſcop.⁊ cleri.⁊ dicit ibi Bal. poſt Iaco.
Butr.quod ſi ſcriptor,qui promiſit ſcribere librū, ⁊ cuius indu
ſtria videtur electa,efficiatur rector ſtudij. ꝙ poterit ſcribere per
ſubſtitutum. Et adde,qđ vbicunq; promitto per me, ⁊ heredem
meum aliquid facere,puta domū edificare,poſſum facere per ſub
ſtitutum qꝛ appoſitio heredis , facit ne videatur electa induſtria
perſone. Bald. poſt Cy.in l.quiſquis. prealleg.cum induſtria ad
heredem nō tranſeat,vt eſt tex.not.in l.cui bonis.de cur.fur.⁊ ibi
gl.ꝙ no.de quo dicto facit feſtū Pet.de Anch.in c.ſi ſubdelega
to.de offic.delega.in vj. Quid autē ſi cōmittitur aliquid cōſcien
tie alicuius,an poſſit fieri per ſubſtitutū? gl.eſt ſing.in l.ſicuti.de
arbi.que dicit quod non. Bal.in l.⁊ in epiſtola.ſ.de fideicom. Et
adde quod in omnibus caſib.in quib.eſt electa induſtria perſo
ne,non poteſt actus fieri per ſubſtitutum,intelligitur,niſi actum
faceret per ſibi ſimilem i.eque idoneū,vt in not.lxxxv.in litera L.
Roma. Et an vaſallus poſſit ſeruire per ſubſtitutū vbi alias nō
poſſet. Archi.qđ ſic.c.epiſcopꝰ. lxxxviij.diſtin.⁊ in c.generaliter.
xvj.q.j.⁊ refert ⁊ ſequitur Angel.in l.omniū.de vſufruc.per gl.ibi
faciunt not. per Cyn. in l.ad ſimilitudinem. de epiſcop.⁊ cleric.⁊
vide per Bar.in materia de nauiculariјs,⁊ ibi aliquid dixi.

LEX II.

Hac ſaluberrima. Agētes in reb. ⁊ eo
rum vxores ſerui , ⁊
liberi in modum ſportularum ſoluendo,ſiue agant , ſiue
conueniantur ,illud priuilegium ſortiuntur, quod ſcriniarij , de
quibus dictum eſt ſ.tit.ij.l.in ſacris.nec cogitur conuentus dare
fideiuſſorem extraneum de iudicio ſiſti, ſolum de numero in rebꝰ
agentium, ⁊ per hoc priuilegiū non tolluntur alia priuilegia eis
1 conceſſa.h.d. †Et not.quod licet non videatur dare fideiuſſorem,
qui dat fideiuſſorem priuilegiatum,vt l.de die.§.qui mulierem.ff.
qui ſatiſ. cogan.⁊ l.j.ff. ſi quis in ius voc. non ier. tamen fallit in
agentibus in rebus , qui dare poterūt priuilegiatum.ſ.vnum de
2 numero ſuo. ¶ †Ultimo no.ex verſic.cum per abſurdum. caſum
expreſſum,quod nunquam per conceſſionem noui priuilegij intel
liguntur tolli alia priuilegia eidem indulta,quoniam non debent
operari diminutionē inductam ad augmentum. Qualiter au
tem ſoluantur iſte ſportule,habes ſ.tit.ij.l.in ſacris.

De prine

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN